



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 27. Cosmus Patriarcha Constantinopolitanus deponitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

Sæcul. XII. cum pauci essent & occulti, at e contrario Ecclesia per totum terratum orbem diffusa & semper visibilis sit. Alios quoque eorum errores de Baptismo parvulorum, de Purgatorio, de potestate Pastorum & Ministrorum Ecclesiæ, etiamsi peccatores sint, refutat. Dicit, nullam esse obstupescendi causam, quod Hæreticorum obstinatio Martyrum constantiam imitetur. Tandem accurate adeo ad omnia capita Epistolæ, ab Evervino scriptæ, respondet, ut, illam duobus hisce sermonibus conscribendis occasionem dedisse, exploratissimum fiat.

§. XXVII.

Cosmus Patriarcha Constantinopolitanus deponitur.

Catalog. Jus Gr. R. p. 302. Constantinopoli Cosmus Patriarcha, Hæresis Bogomilorum, quæ ab Apostolica non multum differebat, suspectus deponitur. Cosmi Antecessor Michael Oxites, anno millesimo centesimo quadragesimo sexto, dimisso Pontificatu, postquam in Cathedra Constantinopolitana annos duos & menses octo sedisset, ad suum Monasterium & Insulam Oxiam reversus est; ubi, in vestibulo Ecclesiæ prostratus, cervices suas omnium monachorum intrantium pedibus proculcandas exposuit, dicens, quot

Nicet. lib. 2. n. 3.

quod imprudens, relicta Monasterii Sæcul. XII.
 quiete, quam ab ineunte ætate ama- A.C. 1147.
 viffet, Solium Patriarchale conscenderit,
 in quo nemini deinde profuiffet.

Michaeli subrogatus est Cosmus Chron. lib. 2.
 Atticus Diaconus, in Insula Ægina na- t. 10. p. 35.
 tus, vir virtutis amantissimus, sed sim- Sup. n. 3.
 plex. Niphonis monachi, ante annos
 duos Sententia Synodali, quod Bogomi-
 lorum Hæresi infectus esset, damnati
 & inclusi, totus captus, querebatur,
 quod innocens damnatus fuisset, eum-
 que non solum libertati restituit, sed
 ipsum lateri suo hæere volebat, cum
 ipso orabat, & ad mensam convivam
 adhibebat. Unde tanta auctoritate muni-
 tus Niphon rursus Doctrinam suam in
 cætibus & in foris publicis audacter præ-
 dicare cœpit, Hebræorum Deum contu-
 meliose rejiciens.

Plerique simplicitatem Patriarchæ
 vituperabant. Monebant amici, mo-
 nachi hujus societatem ipsum Patriar-
 cham impiæ doctrinæ suspectum reddere.
 Adversarii autem in Patriarcham publice
 invehebantur, ac a Deo & Imperatore
 vindictam postulabant. At Cosmus
 hujusmodi sermones flocci faciebat,
 Niphoni mira obstinatione addictus;
 cum enim jussu Imperatoris secundo
 comprehensus a ministris in custodiam
 raperetur, Patriarcha ex Ecclesia pro-
Hist. Ecclesiast. Tom. XVII. **G** rupit,

Sæcul. XII. rupit, Niphonem de manibus illorum,
A.C. 1147. quibus eum abstrahere imperatum erat,
 liberaturus, vel unacum ipso sponte in
 carcerem ingressurus.

Manuel Imperator tunc bello im-
 peditus, cum rediisset Constantinopo-
 lim, ut istam in Ecclesia dissensionem
 componeret, ex singulis Episcopis ad se
 separatim vocatis sciscitatur, quid de
 Niphonis Religione sentirent. Respon-
 dent sincere omnes; impium esse homi-
 nem. At Patriarcha omnium ultimus
 interrogatus, in dilaudando Niphone
 totus fuit, dicens, virum denique esse,
 cujus virtutem & pietatem nullus alius
 consequeretur.

Ap. Allat. 2. Ergo res hæc in Judicio discutitur.
Conf. c. 12. Nam Imperator in Palatio Blachernarum
p. 683. Principes propinquos suos, præcipuos
 Imperii Præfectos, & omnes Præsules,
 tunc Constantinopoli præsentibus, con-
 vocavit, cumque Imperator audienti-
 bus cunctis iterum ex Cosmo Patriarcha
 quærivisset, quæ ipsi de Niphone mo-
 nacho insideret opinio, ipse vero, nihil
 dissimulans, respondisset; se judice, Ni-
 phonem esse virum Orthodoxum, ad-
 jiciens etiam: *Solus ego, sicut alter Lotb,*
in Sodomis habito, sic prodens, quan-
tum ceteros omnes, a sua sententia dis-
sidentes, sperneret, tanquam proprio
ore convictus deponitur, ac Episcopatu
 indi-

indignus proclamatur. Huic Sententiæ Sæcul. XII.
 triginta & unus tum Metropolitæ tum A.C. 1147.
 Archiepiscopi subscripserunt, primoque
 loco Constantini Cæsariensis in Cappa-

docia nomen visitur; nam Concilio po-
 testate Exarchi & Protothroni præfuit.
 Cosmus haud plus decem mensibus
 Sedem Constantinopolitanam tenuerat,
 tumque mense Decembri, eodem anno Catalog.
 Jus Gr.
 Rom.
 millesimo centesimo quadragesimo se-
 ptimo Patriarcha electus est Nicolaus
 Muzalon, olim Archiepiscopus Cypren-
 sis, qui ante annos triginta septem, ut
 vitæ quietæ dulcedine fruere, secesser-
 rat. Alii dicebant, eum solummodo a
 supremo regimine abstinuisse. Is Ec-
 clesiæ Constantinopolitanæ annis tribus
 & mensibus quatuor præfuit. Anno se-
 quente millesimo centesimo quadragesi-
 mo octavo, juxta Chronologiam Græ-
 corum, sexies millesimo sexcentesimo
 quinquagesimo sexto, Indictione un-
 decima, mense Februario, Manuel Im- Manuel
 Const. I. Jus
 Græco Rom.
 lib. 12.
 p. 149.
 perator, ut sibi cœleste auxilium in bello
 contra Rogerium Regem Siciliae conci-
 liaret, edita Bulla Aurea, Ecclesiis om-
 nium Bonorum immobilium possessio-
 nem confirmavit, & quemcunque, si
 quis esset, in titulis tabulisque defectum
 supplevit.